

Anatolia circa Euxinum sitam obsideret, basilica bellica vtebatur globū septingentā librāū explo-
 dente, vt ipso mōte integros euertere poterit.
 Huc etiam Ioannem Austria cum referre possem
 cum suis tremibus, & telis igneis, quibus &
 fragorem omnem superabat, & omnia ligna ita
 inflammabat, vt p̄lās in cinerem cōuerterentur,
 quā ab vilo extingui possent. Taunaturgicam,
 quā ponderibus, spiritu, neruis, funiculis mira
 efficit: qualia sunt, quā subnatant aquis; aquarū
 horologia, & cetera hydraulica, quā per se ven-
 torum flatu, aut aquarum variē defluentium im-
 petu voces aurium exprimunt: siphones in cendia
 extinguentes, & olipylas suscitantes ignem, & om-
 nia automata, quā viua facillē diceret: Continet
 etiam Centrobaricam, quā rerum omnium cen-
 trum aperit. Omitto machinas scissorias archi-
 tecturā, vt ad illam *μηχανήν* accedam, quā his suc-
 currit, inquit Aristot. c. i. mechanic. problem,
 quā prater naturam faciendā sunt, vbi sanē con-
 stat in nobis esse diuinā particulam aurā, cū ea
 superemus arte, à quibus natura vincimur, vt An-
 tiphon assererat.

Aristoteles.
 Antiphon.

Τέχνη δὲ ἐστὶν ἡ ἐν φύσει ὑποφύουσα.
 Hanc igitur mechanicam partem aggredia-
 mur, in qua diuina prouidentia maximē relucet,
 quā tantam ingenij vim homini tribuit, vt naturē
 dominus quodāmodo euaderet; quid enim ei dif-
 ficile est, sed quid non facile, qui mechanicas per-
 fectē caller. Quid Athee, quid dices, quid excogit-
 abis, vbi videris hominem funiculo nauim ē
 mari subleuantem; turres ipsas, & integros mon-
 tes instar globuli huc illuc commouentem? Quid
 si terram ipsam, ē suo loco fe dimouere posse, &
 pondus quodlibet assignatum vi minima sursum
 leuare polliceatur, vt proposuit Archimedes Hie-
 roni regi, his verbis *δὲς μοι πῶς εἶ, ἢ κινήσει τὴν γῆν. ἴ.*
 da mihi vbi pedem figam, & commouebo terram;
 quod satis experientia comprobare visus est, dum
 solus nauem illam subduxit, quam vniuersa Syra-
 cusanorum multitudo collectis simul viribus tra-
 here non poterat, cū illam Hiero regi Ægy-
 ptiorum Ptolomæo mittere veller, adeout tantā
 admiratus scientiam rex exclamarit, *καὶ πῶς τις ἐφῆ
 τὴν ἡράκλειος ἔφη πῶς εἶ. Ἀρχιμήδης δὲ λέγει πρὸς ἡρόδοτον*, id est,
 ab hac die credendum esse Archimedi, quicquid
 deinceps assereret. Sunt qui Archimede audacio-
 res se terram mouere posse asserant, si non in al-
 tum, saltem motu circulari, si plurimas ingentes
 bombardas in rupem magnam ad angulos rectos
 emittant, quā nunc omitto, plura de his in quæ-
 stionibus allaturus, quā ad terræ stabilitatem,
 vel motum attinent. Quis vim illam indidit ho-
 mini, vt gigantes conatus, ne dicam diuinos ag-
 grediatur? nisi is, qui eum ē nihilo formauit? Ve-
 rūm admirare horum miraculorum principium,
 quod aliqua ratione Dei omnipotentis gerit simi-
 litudinem, circulum nempe, qui infinitos angu-
 los eminenter complectitur, sicut Deus infinitas
 creaturas; circulus tantæ capacitatis est, vt nulla
 figura ei possit adæquare, quid obsecro Deo æqua-
 le esse potest? Deus est circulus, cuius centrum
 vbique reperitur; nunquid circuli centrum vbi-
 que residet, quatenus vim suam in omnes lineas,
 & rotam circūferentiam diffundit?

Deus cum
 circulo cō-
 paratur.
 Circulus est
 veluti causa
 efficiens, vel
 saltem for-
 malis, aut

principium habet circulus, quibus subiungit,
*ὅτι ἄρα δὲ διαμυστομένη δὲ ἀνελκυστὶν ἢ διαμυστῶν, οὐδὲ
 ἀπὸ τῆς.* Hinc ergo fit, vt maiores libræ minoribus
 sint exactiores, quorum brachia, quā sunt instar
 diametri, à sparto longius absunt, atque adeo ci-
 tidis commouentur, quandoquidem res, quā si-
 mul cum circulo, vi motus circulo impressi mo-
 uetur, ed celerius mouetur, quod magis distat à
 centro, quod in libra spartum vocant, vel, si ma-
 uis perpendicularum.

virtualis
 omnium
 mechani-
 corum.

De libræ &
 eius parab.

Eadem ratione de vecte, atque de libra philo-
 sophandum est, siue hypomoclion, quod est in-
 star sparti, & centri, sit inter pondus, & potentia,
 siue in vectis extremo; nec enim inter onus, & hy-
 pomoclion potentia collocari solet, tamen non
 desunt, qui propter hunc situm, hanc tertiam vec-
 tis speciem constituent; Remum verò secunda
 vectis speciei tribuere possumus, quia fluuius, vel
 mare respectu nauis est hypomoclion, seu fultu-
 ra; pondus autem mouendum, scalmus cum nauis,
 mouens denique remex; quod & de remone, seu
 gubernaculo, quō nauis huc illud conuertitur, as-
 ferendum est: innumero mare rationem habet
 hypomoclij, temonis manubrium vectis, qui
 puppi nauigij affixus est; quod si temonem remū
 appellare volueris, cardines infixi puppi scalmus
 efficiuntur; verūm hic remus ad latera, ille an-
 trostrum nauem commouebit.

De vecte &
 v. r. illius
 hypomo-
 clius.

De remo, &
 remi parti-
 bus.

De remone,
 qui & re-
 mus dici po-
 test.

Quid de antennis dicam, quā quanto subli-
 miores fuerint, ed celerius nauigia propellunt; nā
 malus longioris vectis rationem habet, quando
 antenna sublimior est, fultura vices mare circa
 pedem arboris sustinet, onus est ipsa nauis, ventus
 autem potentia mouens. Eadem circa trochleas
 considerari possunt, quales sunt illa triciata, qui-
 bus ad aquam c̄ puteis hauriendam vtimur, quarū
 centrum immotum fultura dicenda est: diameter,
 vectis; situla funis ductarij extremo suspensa, pō-
 dus; potentia denique collocatur in alio funis ex-
 tremo.

Antennæ, &
 malus.

De troch-
 leis, &
 earum par-
 tibus.

Omitto scythalas Aristotelicas forsitan à Lacōni-
 cis distinctas, quas ed moueri dicit celerius, quō
 maiores fuerint, & quibus pondera facilius, quā
 curribus ferantur: Iuga telaria, quibus tam fla-
 men, quā tela contexta facillimē collopum bene-
 ficio circumponitur: quia collopes sunt vectes
 lōgi, quorum fultura est in medio iugi, pondus in
 eiusdem superficie, vnde tela, vel flamen pendet;
 potentia vero, manus textoris collopem mouens,
 & attrahens: succulas, quibus in lapidicinis ad
 extrahendos lapides iuuantibus collopijs vtimur,
 vbi medium, vel axis succulæ hypomoclij
 vices gerit.

De scythalis
 Aristoteli-
 cis.

Iuga tela-
 ria, & earum
 partes.

De cuneis,
 & eorum
 hynoclio.

Quid referam cuneos hynoclion in cono ha-
 bentes, & duplicem vectem pro latere duplici
 continentes, qui lignum, vel lapides findendos
 mouent, idque maleorum ictibus polyplastos cū
 suis trochleis, striis, funibus ductariis, & pegma-
 tibus, seu loculamentis, quibus per rotarum mul-
 titudinem vires in infinitum multiplicare possis.
 Denique securim, bipennem, enses, mucrones, te-
 rebras, seras, & quæcūque referri possunt ad
 cuneum omitto, vt ad Deum verum redeamus, à
 quo vis & motus omnis oritur; vbi tamen aduer-
 tendum est securim antiquam ex duobus circulis
 per centra se mutuo secantibus oriri, quæ pele-
 coides appellantur, teste Proclo in 2. primi Eu-
 clid. cuius figuram ostendit poetica Simmia se-
 curis in Epei gratiam, (qui Duria equum Troia-

De polyspa-
 stis & illorū
 vitijs.

Securis, te-
 rebra.

Pelecoides
 quid sit.

*περιστρεφόμενον ἐπὶ τῆς ἀλλείας τῆς ἀσπίδος ὁ
 ἀνελκυστῆρ, id est omnium autem huiusmodi causa*